



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. ix. Testimoniu[m] quod perhibet ioseph[us] [christo].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polycratici de Curialiū nugis.

¶ Testimonium quod perhibet iosephus christo.  
Capitulum. IX.

**E**T quidem hec omnia rectissime passi sunt qui in filium dei manus sacrilegas extendere presumpserunt cum testimoniis scripturarum & virtute mirabiliū operum ipsum esse christum domini constaret. Unde iosephus. Fuit autē huiusdem temporibus iesus sapiens vir: si tamen virum eum appellare fas est. Erat enim mirabiliū operum effector doctorq; hominum eorū qui libenter que vera sūt audiunt: & multos quidem iudeorum: multos etiam ex gētibus sibi adiunxit. Xpūs hic erat. Hunc accusatione primorū nostre gentis virorum cum pylatus in crucem agendum esse decreuisset: non deseruerunt eum hii qui ab initio ipsū dilexerant. Apparuit enim eis tertia die iterum viuus: sicut quod diuinitus inspirati prophete: vel hec vel alia de eo innumera miracula futura esse predixerant: sed & in hodiernum diem xpianorū qui ab eo nuncupati sunt & nomen perseuerat & genus.

De hoc vide i passionibus. Xpiani sūt vocati a xpo.

¶ De vespasiano qui cecum & claudum curas se legitur. Capitulum. X.

**V**espasianū quoq; iudee vastatorem prēmque tyti hierosolimorum piissimi euerforis: ut quibusdam scriptoribus placuit miraculorum signis ad faciendam vindictā dei digitus excitauit. Ip̄m nāq; necdum imperatorē: quidā e plebe luminibus orbat: itēq; alius claudus crure debilis sedentem pro tribunali pariter adierūt: orantes operam validitudo: eo q̄ sibi foret in quiete monstratum: oculos restitutos si eos ille inspiceret: & crure debili roborandum si illud dignaretur calce contingere. Orantibus amicis inuitis licet vtrūq; tentauit: nec defuit euentus/imperium quoq; eius & interitus vitellii & ottonis qui sedo neroni successerant: pluribus celestium signis prenuiciatum est & pro parte stupendis.

Tit' piissim' euerfor hierosolimorum.

Cecus et claudus qualiter venerunt ad vespasianū ut eos sanaret.

¶ Signa esse que contra naturam fiunt. Capitulum. XI.

**Q**ue vero huiusmodi stupore digna in his cōtingunt plerūq; signa esse non ambigit quisquis euangelice premissionis fideliter meminuit cum scriptum sit. Erunt signa in sole & luna & stellis &c. Ea tamen que hic prenuiciantur: sine preiudicio sententie melioris ea esse intelligenda arbitror / que in his contra naturam fiunt quale est q̄ in passione domini sol obscuratus est / velum scissum / petre rupte / monumēta aperta / & sc̄torum corpora qui dormierant surrexerunt.

Luce. xxi.

Que apparuerunt signa in passione dñi.